



Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

XXXII. De his qui fornicantur irrationabiliter.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De sortilegis & auguribus..

C A P. XXXI.

Item in Concilio Agathensi de sortilegis
vel augurium servantibus scriptum est : Ne de «
eo fortasse videatur omisum quod maximè fi- «
dem catholicæ religionis infestat , quòd ali - «
quanti Clerici sive laici student auguriis , & «
sub nomine fictæ religionis , qua sanctorum «
fortes divinationis scientiam profitentur , aut «
quarumcumque scripturarum inspectione fu- «
tura promittunt. Hoc quicunque Clericus vel «
laicus detectus fuerit vel consulere vel doce- «
re , ab Ecclesia habeatur extraneus. «

Pœnit.
Rhab.
c. 23.

De his qui fornicantur irrationabiliter.

C A P. XXXII.

Item in Concilio Ancyran cap. xv. scrip- Pœnit. Rhab.
tum est de his qui irrationabiliter , id est , cum c. 6.
Regino lib. 2. pecoribus & masculis fornicantur : De illis c. 255.
qui irrationabiliter versati sunt sive versantur , «
quotquot ante vigesimum ætatis annum tale «
crimen commiserint , xvi. annos acta pœni- «
tentia , communionem mereantur orationum . «
Deinde quinquennio in hac communione du- «
rantes , tunc demum oblationis sacramenta «
contingant. Discutiatur autem vita eorum , «
quales tempore pœnitudinis extiterint ; & ita «
misericordiam consequantur. Quòd si inex- «
plebiliter his hæfere criminibus , ad agendum «
pœnitentiam prolixius tempus insument . «

K K ij

” Quotquot autem post viginti annos ætatis,
 ” uxores habentes , in hoc peccato prolapsi sunt,
 ” viginti quinque annos pœnitentiam agentes,
 ” ad orationis communionem recipientur : in
 ” qua quinquennio durantes , tunc oblationis
 ” sacramenta percipient. Quòd si & uxores ha-
 ” bentes , & transcendentes quinquagesimum
 ” ætatis annum , ita deliquerint , ad exitum vitæ
 ” communionis gratiam consequantur.

Pœni.. Item in eodem Concilio cap. xvi. Eos qui
 Rhab. ” irrationabiliter vixerint , & lepra inusti crimi-
 ibid. ” nis aliquos polluerint , præcepit sancta synodus
 Regino ibid c. 256. ” inter eos orare qui spiritu periclitantur im-
 ” mundo.

De eucharistia.

C A P. X X X I I I .

Ista sententia
 contraria est
 sententiis Cle-
 meatis Papæ
 & aliorū mul-
 torum sancto-
 rum parum ,
 qui dicunt
 corpus Domini
 non cum
 ceteris com-
 munibus cibis
 per aqualicu-
 los in secessum
 mitti.

Quòd autem interrogastis utrum eucha-
 ristia , postquam consumitur , & in secessum
 emittitur more aliorum ciborum , iterum re-
 deat in naturam pristinam quam habuerat an-
 tequam in altari consecraretur ; superflua est
 hujusmodi quæstio , cùm ipse salvator dixerit
 in evangelio : *Omne quod intrat in os , in ven-
 trem vadit , & in secessum emittitur.* Sacra-
 mentum corporis & sanguinis id est ex rebus
 visibilis & corporalibus conficitur ; sed in-
 visibilem tam corporis quam animæ efficit
 sanctificationem. Quæ est enim ratio ut hoc
 quod stomacho digeritur , & in secessum emit-
 titur , iterum in statum pristinum redeat , cùm
 nullus hoc unquam fieri afferuerit ? Nam qui-